

III.

NEOVIDENSIS

Nro 63. (Neovidensis Nro 86.)

Secretum littererarum commercium vivos inter, ac mortuos.

*Germanica puella salutem dicit Hymaeneo
Ex mundo elegantiore.*

Elysiu -- Meun. -- Die Martis 6. Nov. 1804. (Neov. 23. Oct.)

Suavissime Hymenæe! Patere: ut has tuo nomini inscribam litteras. Noli succensere, quod te mihi arcissimæ familiaritatis vinculis conjunctum velim, quem omnes puellæ in necessitate suum Patronum invocare consueverunt.

Quisque suos patitur manes, sua cuique libido est, quisque, dum de felicitate suæ vitæ meditatur, aureos sibi promittit montes. Mulier determinata ad jurandum viro, talem sibi effingit, cum quo metam suorum desideriorum attingat. Quamvis periculosa res sit placere oculis, si per id animus discrucietur, interea tamen assumo tantisper patrocinium earum, quæ hunc laborem non subterfugiant. Heu! vir, quem mihi præfiguro, est unus ante alios specie, ac pulchritudine insignis.

Abesse me ab omni dolo agnosce; Lineamenta ejus vultus sint ad regulam exacta, & in hac proportione grata; has duas proprietates, tametsi jam multa instituerim experimenta, simul tamen raro deprehendi. Quos

enim natura accuratissime effinxit, iisdem minimum pellicientis affabilitatis tribuit.

Mei futuri mariti oculi sint ludibundi, ignei & blandientes, totum vultum occupet natus color bonæ valetudinis, jucunditatis, & amoris verissimi: Statura corporis illi sit apposita ad dignitatem, & plus procera quam parva; facile moveat corpus, & absque violentia; Vitet subsilire more parvulorum, uti etiam incedere tragice trossulorum instar. Modus agendi redoleat severitatem, non quidem illam mysteriorum plenam, sed nec nimis suavem. Aspectus, risus, loquela, verbo: omnes gestus sint graves, sine coactione, ab omni levitate alieni, & decori.

Sunt nonnulli virorum, in quibus, licet more elegantiore vestiantur, aliquid inconcinni apparet, quibus nihil quadrat. Sunt iterum alii, qui in vestitu etiam simplicissimo gratiam ineunt apud omnes; Norunt illi sartores ita instruere, ut vestem ipsis parent, quæ corpori quam optime conveniat; Hujus secundæ speciei sit oportet meus maritus: Manus ejus non sint robustæ, digiti autem longiusculi potius, quam crassi, & qui facili negotio moveantur. Per se vero intelligitur, non debere ipsum turpi illa consuetudine uti, ut ungues rodat. Pedes habeat proportionatos, neque magnos, neque nimis parvos; Genua nec introrsum, uti apud annosum equum, nec retrorsum promineant veluti fenestræ in turri, sed a femore descendant recta linea.

Præterea, qui me uxorem duxerit, caput

habea
conse
instar
se in
macie
lum s
mole
mede
de a
lamba
ter p
pranc
vel c
prom
datur

G
animi
suavi
cellat
sertin
huc
num
Notit
tus;
mod
tum
amat
mult
hanc
ta, r
cessu
miser
justu

habeat, quod cum cæteris partibus bellissime consentiat, non sit exiguum, & tale, quod instar galli in tecto indicantis tempestatem se in omnes partes verset. Absit autem, ut macie exesus sit sicut pertica, quæ lupulum sustentat, sed nec vastam obesi ventris molem circumferat: Habeat appetitum comedendi, sed absque voracitate, plus bibat de aqua, quam vino. Ad mensam non lambat digitos, neque effundat juscula. Inter pessimas refertur consuetudines: Inter prandendum exponere defectus ferculorum, vel cum famulis altercari; Hilaritas, & leporum promoveant ciborum concoctionem, præcidatur iræ omnis occasio.

Gradum jam facio ad prærogativas ejus animi, sine quibus pulchritudo, elegantia, & suavitas nullius sunt apud me ponderis. Excellentat ingenio, rerumque cognitione, præsertim talium, quæ domum pane provideant, huc pertinent, artocreas, caro assanda, vinum, vestimenta, variæque impensæ &c. Notitia hominum, & artium probe sit instructus; Eruditione, atque elegantiore agendi modo ita præstet, ut se ubique probet doctum amicum, facetum socium, & gratum amatorem. In dicendo non venetur nugæ, multo minus loquatur irrisione digna. Ad hanc ingenii præstantiam accedant etiam multa, magnaque virtutum ornamenta, est necesse. Sit liberalis, absque dilapidatione, misericors absque tamen nimia sensibilitate; justus absque scrupulosa severitate, hilaris

sine futilitate. Uxorem suam excipiat placide, proles amanter, amicos sincere. In hoc eum adjuvet natura, & arte excitata indoles; Huic communi caritati, liberalitati, que adjiciat studium optime administrandi rem familiarem, assiduâ de his occupetur sollicitudine, negotia domestica tractet æquo animo, quin vel in avaritiam prolabatur, vel aliquid negligat. Conjugi suæ amorem exhibeat seposita veneratione, ejusque benevolentiam constanti affabilitate conetur emereri. Quapropter ejus curas quævis hora exacuât, ut, quibus mediis amorem sibi conciliavit, iisdem illum conservet, & quâdiu vita supererit, prudentibus dictis eadem desideria, & propensiones, nonnisi majore cum libertate, quam facere soleant amasii, exprimat.

Expertissimas nationes usus docuit, animæ per amorem speciem quamdam cæcitatibus offundi. Amoris sensus viri, quem mente concipio, a ratione proficiscantur, sintque ejus affectus, qui apud alios stultitiam denotant, maturæ deliberationis effectus.

Venio ad gravissimum momentum rei animo meo impressæ, ad studium complacendi, vel potius officiositatem mei Agathonis (*sic volo compellari Heroem meæ imaginationis*) Præteriere jam barbara illa tempora ubi illustribus licet mulieribus cura incumberebat linæ supellectilis, & culinæ; ubi diris devotæ Principes fœminæ laceras suorum maritorum caligas reparare debebant. Meus Agathon a me non exiget, ut texendo, nendo, lauan-

do, &
immun
credet
Neque
dum in
& sed
sione
manic
di, q
sunt.

M
relinq
lo acc
ut no
turæ
excipi
trio in
cæteri
tiis a
ille hu
quod
re. I
di mo
cum r
tibus
verba
objec
rum
ria co
niam
vigin
nium
res d

do, & coquendo tempus comburam. Hoc immundum, & sordidum negotium ille concedet conductæ rei familiaris administræ. Neque postulo, ut ipse mihi, quemadmodum in Hispania usuvenit, jentaculum paret, & sedenti in lecto cum summa animi submissione adferat. Talia non petit puella Germanica; Dantur enim alii complacendi modi, qui in libera nostra Germania recepti sunt. Paucis aliquos attingam.

Meus Agatho allatum a me patrimonium relinquet meæ dispositioni; Sumto jentaculo accinget se suis laboribus, indulgebitque, ut nondum plene induta, quo tempore naturæ irritamenta quam maxime patescunt, excipiam salutationes. In meo stabit arbitrio invitare ad mensam eos, qui mihi præ cæteris placuerint, sciverintque sale, & facetiis animum meum a curis abducere. Hos ille humanissime accipiet, nihilque comittet, quod posset meam jucunditatem interturbare. Ephemerides de recentissimo se vestienti modo ponentur ad meum abacum, ubi cum mulieribus mundum muliebre vendentibus consilia habitura sum. Sub Prandio verba fient de Theatro, aliisque elegantibus objectis. A mensa vehar in societate aliorum deambulatum, vesperi autem ad lusoria conventicula. Qualibet hebdomade inveniam in mea mensula pecuniam pro lusu, viginti circiter aureos, quibus per infortunium perditis alii sufficientur. Sumtus ad res domesticas comparandas, & aliæ curarum

plenæ minutæ res ad me nulla ratione pertinebunt. Nocte appetente summa cura disquiretur, quomodo possim sequentem diem quam jucundissime transigere; procuranda mihi sunt inopinata gaudia, in eoque summo opere nitendum, ut mirifica semper hilaritate redundem.

Ideam mei Agathonis concludo hoc efato, illum in sensu strictissimo debere esse, ut commune fert proverbium, meæ crepidæ subjectum, meque non posse, nisi cum tali viro gaudiis vitæ matrimonialis perfrui.

Benignissime Hymenæe! fac, ut hæc descriptio quamprimum ad omnes tuos amicos, lectores, notos, & de matrimonio in eundo deliberantes, cujuscunque fuerint conditionis, perveniat, an sit alicui animus perpetuam vitæ societatem contrahendi cum puella germanica hodiernæ educationis, quæ annum adit vicesimum, formæ non inamænenæ est, cupit inter elegantiores homines splendere, & aliquot millia annuorum redituum possidet. Qui commemoratis dotibus se præditum probaverit, illi & animum meum, & manum offero, non tamen pecunias.

Amantissime Hymenæe! vehementer metuo, ne non maritum, sed monstrum meæ phantasie depinxerim; tale ens nullibi existit nec fuit adhuc, nec erit unquam. Fabulæ Romanenses inducunt me ad sperandum idmodi commentum. Verum inanissima spes, quæ in omnia patiente charta speciem tantum veritatis proponit, reipsa autem fallit.

Ego
vere, po
mi ægri
lam (se
queo en
ardentiss

Hym
us, Ba
volunt U
festi nu
eum inv
canere.
sertis te
les face

Res

So

anno lu

inde lu

1000x

mercato

Secund

Ego itaque cogar mea sorte contenta vivere, possumque mihi ipsi absque magna animi ægritudine vaticinari, me cœlibem puellam (*senem utique Virginem*) morituram, nequeo enim talem præstolari maritum, qualem ardentissime optat tibi addiſta.

Antonia Elegantula.

Biographia.

Hymen, seu Hymenæus. Nuptiarum Deus, Bachi, & Veneris filius, vel, ut alii volunt Uraniæ. Quodocunque solennes, ac festi nuptiarum dies celebrabantur, moris erat eum invocare, & carmina in ejus honorem canere. Pingitur ut liberali aspectu juvenis, sertis tempora victus, tenens manu nuptiales faces.

Resolutio Problematis No. 45. propositi.

Sors mercatoris sit = $1000x$ fl. Primo anno lucratus est $\frac{1000x}{1000} = x$ A centum, proinde lucrum primi anni = $10x^2$; nam $100 : 1000x = x : 10x^2$. Ablato dimidio mansit mercatori capitale una cum lucro $1000x + 5x^2$.
Secundo anno lucri fecit $\frac{600x^2 + 3x^4}{400}$ nam

$$100 : 1000x + 5x^2 = \frac{3 \cdot 5x^2}{20} : \frac{600x^3 + 3x^4}{400}$$

$$\text{Remanserunt ergo } 1000x + 5x^2 + \frac{600x^3 + 3x^4}{400}$$

$$- 575 = 400000x + \frac{2000x^2 + 600x^3 + 3x^4}{400}$$

$$- 230000. \text{ Porro } 100 : 400000x + 2000x^2 + 600x^3 + 3x^4 - 230000$$

$$\frac{400}{1200000 + 6000x^2 + 1800x^3 + 9x^4 + 690000}$$

$$= \text{lucro tertii anni. Istæ hinc nascuntur} \\ \frac{400000x + 2000x^2 + 600x^3 + 3x^4 - 230000 + 1200000x + 6000x^2 + 1800x^3 + 9x^4 + 690000}{4000}$$

$$\text{æquationes : } \frac{400000x + 2000x^2 + 600x^3 + 3x^4 - 230000 + 1200000x + 6000x^2 + 1800x^3 + 9x^4 + 690000}{4000}$$

$$1800x^3 + 9x^4 - 690000 = 1500x - 50;$$

$$\text{nimirum } 39x^4 + 7800x^3 + 26000x^2 - 300000x - 279000 = 0. \text{ Ponatur } x = 10y,$$

$$\text{prodibit dividendo per } 10000 : 39y^4 + 780y^3 + 260y^2 - 300y - 279 = 0. \text{ Hinc } y = 1$$

$$\text{consequenter } x = 10, \text{ \& demum } 1000x = 10000 = \text{Sorti.}$$

In hoc Problemate resolvendo præclare versati sunt: Offenbachensis G. H. Ehler & B . . . S . . . ac Fogh Carolostadiensis.

Isacus Schuster,
Francofurtensis Tabellarii filius.

NEC
Nro

Pirithous,
junctu
me co
rem
jam
filiam
natan
infer
a Ce
iste
Pirit
comm
tion

Elysium -- M

Coronam

Carolo
manus
posuit,
reddidit
univers